

QK 291

v. Carlowitz

Za
2283

MEMORIAM ANNIVERSARIAM
QVONDAM ILLVSTRISSIMAE
IOANNAE HENRICAE LVDOVICAE
COMITISSAE
DE BESTVCHF - RVMIN
E GENTE NOBILI
DE CARLOWITZ

D. XXVIII. IVL. A. C. MDCCXCVII.


IN AVDITORIO ICTORVM
S O L E M N I O R A T I O N E
CELEBRANDAM
INDICVNT

QVATVOR FACVLTATVM
D E C A N I
SENIORES ET RELIQVI ASSESSORES

INSVNT

Responfor. Iuris LXXIX. LXXX et LXXXI.





RESPONS. LXXIX.

*Deferendi iurisiurandi magis, quam probandi, venia
restricita.*

Qui testatorem importunis sollicitationibus ad hæredis institutionem redactum, vel vi coactum, in libello profertur, vel creditorem profert dolo inductum, vt, non accepta pecunia, apocham dederit, admittitur a probationem, qua huiusmodi assertionis fidem faceret. Quodsi hæc ita gesta fuisse affirmet, et iurisiurandi conditionem aduersario offerat, ineptitudinis causa a limine iudicii repellitur. Cuius si diuersitatis ex me rationem quaesueris, hæc est, quoniam per probationem factorum, e quibus vis vel dolus diiudicari possit fides iudici fieri, adeoque, quod deficit, suppleri potest, iurisiurandi vero super vi vel dolo delatione, quod solius iudicis arbitrio debetur, vt facta, dolosa sint, an violenta, censent, partium iudicio committuntur.

Nimirum hoc vnum, factum quid, an infectum sit, aduersarii religioni committere licet, quid vero ex facto in iure consequatur iudicare soli iudici relinquendum est. Dolori enim et violenti quaestio iuris est, non facti, eamque adeo aduersario proponere ineptum. Censere, quid testator voluerit, et an vere voluerit, iudicis est, non partium, l. 7. C. d. Fideicommissi. Argumenta ab hærede scripto testatori

A 2

pro-

proposita haeres legitimus sibi persuadet veritati contraria, respectu sui calumniosa adeoque dolosa fuisse, vel modum persuadendi vim inferentem certe importunum, adeoque exclusam sentiendi libertatem voluntatemque testatoris, saltem constrictam. Haec vero ex gestis concludi patiantur, an minus, quis facile negauerit a solo iudice aestumandum esse.

Ob eamque rem quum mens. April. huius anni actor coram Praefecto Lautersteinense varia ab haerede petiisset, a defuncto sibi debita, omissa factorum expositione, quibus debita contracta fuerint, simulque interposita iurisiurandi religione, eum non audiendum esse duximus his verbis: *Die weil Kläger, worinne die verschiedenen Unterstützungen bestanden, welche Beklagte Erblasser funfzehn Jahre lang von ihm empfangen habe, nicht angezeiget, und gleichwohl der Gewissensrührung darüber sich gebrauchet, eben so wenig auch Beklagter aus dem unbestimmten Angeben gereichter Lebensmittel, ob daraus eine Verbindlichkeit erwachsen sey, zu beurtheilen vermag, jemehr derselbe, daß der verstorbene bey Klägern gearbeitet habe, angeführet, und wenn gedachte Lebensmittel in der bey solcher Gelegenheit gereichten Kost bestanden haben sollten, sie in den Lohn für die gethane Arbeit, einzurechnen seyn würde, so hat Kls. Suchen, inmaßen es angebracht worden, nicht statt.*
V. R. W.

RESPONS.

RESPONS. LXXX.

Reconuentio fert interdum exceptiones haud connexas.

In variis capitibus Processus Iudiciarii Saxonia a praeceptis Iuris Ciuilis recedit, prospero saepius, quam minus felici, successu. Inprimis ex illa litium cumulatione, quam propter veniam reconueniendi Processus iuris communis admittit, in tantam saepius acta iudicialia molem excresecunt, vt vix curatissimo iudici pateat litium exitus. Quam ob rem reconuentionis ad exceptiones connexas restrictio petitionibus rite aestimandis ac decidendis egregie inseruit. Iustior profecto et magis commoda huius restrictionis ratio cogitari non potest. Quae quum ita sint, Iudici incumbere debet, si petitiones intellexerit in reconuentione propositas, quarum altera conuentionem ingrediatur, altera non, admissa illa, hanc ad sui iudicis tribunal delegare.

Omne tamen omnino discretionis arbitrium in hac re dicasteriis denegandum non esse, persuasum habeo. Occurrebat nuperrime exemplum eiusmodi petitionis in reconuentione, cui aequitas patrocinari videbatur. Potior exceptio reconueniendo proposita supponebat partem pecuniae conueniendo exactae antea redditam, altera mercedem, pro operis a reo praestitis debitam, adeoque ab actoris petitione plane alienam. Constat enim inter omnes, compensationem, quanquam mutuas ipso iure obligationes extinguit, inter connexas non collocari exceptiones. Stricto igitur iure hac mutua petitione reus non erat audiendus, cuius tam exiguae,

vt litis propterea instituendae sumtus non exaequasset, ad-
missionem aequitas flagitabat. Hanc secuti sumus his verbis:
*Würde Wiederbeklagter E. S. P. daß er nicht wisse, auch nicht glau-
be, daß Wiederklagender C. G. A. seines Pfiëgebefohlenen C. F. F.
Erblastern I. D. N. auf die als rückständig eingeklagten 40 Rthlr.
Zinsen 20 Rthlr. abschliglich bezahlet, ingleichen für Leinsaamen
und Ackerarbeit auf 10½ Jahr 10 Rthlr. 12 Gr. im Rückstande ge-
lassen habe, schwören, anerwogen, wenn schon diese letztere Post ei-
gentlich als ein besonderer Anspruch in die Wiederklage nicht gehörig,
gleichwohl, da er mit einer dießfalls schicklichen Gegenforderung ver-
bunden worden, dieses geringfügigen Gegenstands halber einen beson-
dern Prozeß zu verhängen, und mehrere Kosten zu veranlassen unbillig
seyn würde, so ist Wiederbeklagter von der erhobenen Klage zu ent-
binden etc.*

RESPONS. LXXX.

Exemplum obligationis ad ludendum.

Ludere secundum naturam et rationem ludorum vel per-
missum, vel vetitum. Vt videlicet, quae ingenio et
iudicio acuendo, vel corpori firmando et exercendo inser-
viant, tolerentur, quae a solo fortunae nutu pendeant, maxi-
mam partem prohibeantur. Nulla vero in ciuitate nostra fieri
iubeantur. Vt si quis fortunae quid, lege permittente com-
mittere velit, id suo, non alieno, nisi ex mandato fiat, peri-
culo possit. Quam ob rem si tutor, qui administrationis sibi
concreditae vi nihil ex patrimonio tuendi donare valet, ludi
qui

qui lotteria audit, fortunae sortem commissam perdiderit, suo id periculo fecisse, adeoque sibi perdidisse existimandus est.

Quod si vero schedulam in testimonium lusori datam (*ein Lotterie-Loos*) in haereditate pupillo delata inuenerit, ius forte fortuna acquirendi a defuncto sibi comparatum pupilli impensis tueri incumbit, ne, si fortuna feliciter cesserit, sua omissione perditum restituendi periculum incurrat. Ut ne quidem desistendi a prosecutione veniam a iudice tutelari impetrare possit.

Sufficiant haec indicendae Panegyri quae Matronae quondam Illustrissimae IOANNAE HENRICAE LVDOVICAE COMITISSAE DE BESTVCHF-RVMIN e gente nobili de CARLOWITZ eidemque de iurisprudentia meritissimae optimo iure debetur. Siquidem splendida forte in testamenti sui tabulis Academiam nostram auxit eo consilio, ut iuuenes potissimum nobiles, et inter hos inprimis Haugwitzii et Carlowitzii iurisprudentiae operam dantes et praeterea artificii alicuius studiosi reditibus iuuarentur, nec non Senior academiae, quam equidem hoc tempore personam sustineo, pro huius beneficii administratione insigni remuneratione, quod gratissimo pectore profiteor, oraretur.

Huius munificentiae hoc tempore particeps Vir Generosissimus FRIDERICVS OTTO GOTTLOB LIBER BARO DE MANTEVFEL memoriam, praecua solenni, *de successione legitima iuri iusturas consentanea*, oratione gratus praedicando celebraturus est.

RECTOREM igitur ACADEMIAE MAGNIFICVM, PRINCIPEM SERENISSIMVM, COMITES ILLUSTRISSIMOS, PROCERES vtriusque reipublicae Spectatissimos, Generosissimos denique ac generosos commilitones, ut hanc oratoris pietatem illustrare
et

et frequentes condecorare velitis, obseruantissime rogatos cupio.

Scribeb. VI. post Fest. SS. Trinit. A. C. MDCCXCVII.

EX OFFICINA SAALBACHIANA.


La 2283 RK

X2652037



11





B.I.G.

Farbkarte #13

QK 291

v. Carlowitz

Za
2283

MEMORIAM ANNIVERSARIAM
QVONDAM ILLVSTRISSIMAE
IOANNAE HENRICAE LVDOVICAE
COMITISSAE
DE BESTVCHEF - RVMIN
E GENTE NOBILI
DE CARLOWITZ
D. XXVIII. IVL. A. C. MDCCXCVII.
IN AVDITORIO ICTORVM
SOLENNI ORATIONE
CELEBRANDAM
INDICVNT
QVATVOR FACVLTVM
DECANI
SENIORES ET RELIQVI ASSESSORES

INSVNT

Responfor. Iuris LXXIX. LXXX et LXXXI.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

